



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istoría

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

V. Quod XXX. quidem annis regnavit: vixit autem plusquam LX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

CAPUT V.

Quod XXX. quidem annis regnavit: vixit autem plusquam LX.

AC tempus quidem Imperii ipsius, tribus denum annorum circulis absolutis & aliquanto amplius honoravit; totius autem vite tempus quam inter homines duxit, duplo majore spatio circumscripsit. Porro cum eundem velut imaginem monarchie sue proponere vellet, victorem eum omnis tyrannici generis prestitit; & impiorum Gigantum extinctorem, qui desperata mentis audacia impulsi, contra ipsum Deum summum omnium Regem impietatis vexillum sustulerant. Verum hi quidem cum momento temporis extitissent, momento quoque ac dicto citius extincti sunt. Famulum autem suum Deus qui unus est ac solus, cum solum adversus multos divina armatura munisset, ejusq; opera orbem terrarum impiorum hominum multitudine liberatum repurgasset, cultus sui magistrum universis gentibus constituit; clara voce cunctis audientibus testantem, se verum quidem Deum agnoscere, falso autem Numinum errorem averfari.

CAPUT VI.

Quod Dei quidem famulus, gentium autem victor fuerit.

ETHic quidem tanquam bonus ac fidelis servus, id egit ac predicavit; servum se palam nominans, summiq; Regis famulum se fateri non erubescens. Deus vero protinus ipsum remuneratus, Dominum ac victorem, solumq; ex omnibus qui unquam fuerunt Imperatoribus, semper invictum atque insuperabilem prestitit: & ob victorias ac trophaea tantum Imperatorem cum effecit, quantum nemo unquam superiori memoria ullum extitisse recordatur. Adeo felicem & Deo carum; adeo pium ac fortunatum, ut plures quidem gentes ac nationes quam priores Imperatores sub ditionem suam redegerit: Imperium vero omni molestia vacuum ad extremum usque diem obtinuerit.

CAPUT VII.

Comparatio ejus cum Cyro Persarum & Alexandro Macedonum Rege.

Cyrum Persarum Regem pre cunctis qui unquam extiterint enituisse vetus narrat historia. Verum ille nequam felix exitum vite, immo tur-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

Οτι Ιεσαίουσε μιν υπέρ τα λ' επιμοναρχίας, εχρησθη δ' υπέρ τα εξήκοντα.

Χρόνων μὲν βασιλείας, περὶ δεκάτῃ αἰετῶν τελείας, καὶ περὶ ἑξήκοντα ἐτην ἡμῶν. τῶν δὲ διπλάσιον τὰ πάντες βίον τὴν ἐν ἀνδράποισ ἀειουρίας ζωντῆς δ' αὐτοῦ μοναρχικῆς ἰξουσίας τῶν εἰκόνα δέξας, καὶ πᾶσι ἀπέδειξε παντός τυραννικῆς ἡρώδης, ἡμιμαχῶν τ' ὀλέθηρα γυγῶν. οἱ δὲ συχῆς ἀποπνεύσας πρὸς αὐτὸν ἤρατο τὸν παμβασιλέα τῶν ὀνόματι δουσεβείας ὄπλα. ἀλλ' οἱ μὲν ὄσον ἐπέσει τὸ βραχεῖ φανέντες, ἀματε καὶ ἀπέεσσαν. τὸ δ' αὐτῆ θεράποντα θεὸς εἰς ἐμοὶ πρὸς πολλὰς θεῖκῃ φραξάμμος πανοπίου τῆς τῶν ἀδελφῶν πληθύος δι' αὐτῆ τῶν δυνάστεων βίον, εὐσεβείας τ' αὐτῆ διδοῦσα καλον πᾶσιν ἐθνεσι καλεσησάτω. μεγάλη ἔστι ταῖς πάντων ἀκοαῖς μαρτυροῦμενον, τὸ ὅτι θεὸν εἰδέναι, τὴν δὲ τῶν ἐδάμῶν ὄντων ἀποπνεύσας φραξέ πλάτην.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Σ.

Οτι Θιῶ μιν δ' ἄλλ' ἢ τ' ἐβῶν δὲ τιματί.

Καὶ ὁ μὲν οἷα πιστὸς καὶ ἀγαθὸς θεράπων τῶν ἐπείρατε καὶ ἐκλήρησε δόδον αὐτῶν κενε δυνάκων καὶ θεράποντα τὰ παμβασιλέως ὁμολογῶν αὐτὸν θεὸς δ' αὐτοῦ ἐπέσει ἀμειδίμμο. Κύριον καδίστη καὶ δεσπότην κητὴν τε μόνον τῶν ἐξ αἰῶν ἀύσεατο ἀμαχῶν καὶ ἀήτητον εἰσαι νικῶντα τρεπασ βασιλέα τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς ἀκοῆ τῶν πάλαι πρότερον μνημονεύει ἡρώδης. αὐτῶν δὲ θεοφιλή καὶ τρεσμακάριον. οὗτω δὲ ἐβῶν καὶ πανευδαίμονα, ὡς μὴ πάσης μὲν ἡρώδης, πλείονων ἢ ἐμπροσθεν καλαχέν ἐβῶν. ἀλυπον δὲ τὴν δρχὴν εἰς αὐτὴν καλαχέν τὴν λευτὴν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ.

Πρὸς Κύρον τὴν Περσῶν βασιλεία, ἡ λέξασθαι τὴν Μακεδῶνα σύβρισι.

Περσῶν μὲν δὴ Κύρον παλαιὸς ἀνιμνῶντος περὶ φανῆ ἀποφανθῆναι τῶν πάντων τε. ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα, τέλ' ἔχον μ...